FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 08.03.1721

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 39

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238168

Visual Library

1H C209

Berolini, Mart. VIII.
CIↃIↃCCXXI.

39

Vir Summe Reverende,
Parens atque Praeceptor ex
animo colende,

Utrasque tuas literas accepi, et quas per Dn. Ellingerum mihi tradi curasti, et quas Dn. D. Zieroldus pertulit; munuscula literaria sacra Domino meo obtuli, qui haud dubie in aulam exemplaria quaedam secum feret. Omnes etiamnum incolumes hic agimus, quae Dei est gratia. Ante quatuor dies conveni feminam, quae genus suum ad Furstenbergenses comites refert, ipsamque de eo compellavi, quod apud Excell. Dn. de Prinz ne γρῦ quidem de commendatione Weisbergensi dixisset, mihi itaque rem suspectam esse. Videbatur omnino perculsa tam libera mea compellatione, neque tum lacrimis, sed serio et nonnihil ~~et~~ quasi expergefacta causam suam agebat. Dn. de Prinz a compluribus aditum petentibus obsessum fuisse, dicebat, itaque se in ista temporis angustia non omnia exponere potuisse. Mihi vero videbatur illud primum dicendum fuisse, quod commendata esset, si fidem rei tantopere iactatae facere voluisset, neque suspecta haberi. Itaque sic ab ea discessi, ut ~~[illegible]~~ ipsi causam suam agendam per-

Franckesche Stiftungen zu Halle
DFG

permiserim, neque illi ullam ulteriorem commen-
dationem pollicitus sim. Significavi etiam, me
non posse suadere, ut Dominam meam adeat,
cum illam hac in re proclivem facilemque
ad auxilium reddere nesciam. Me enim ~~rebus~~
literis ipsius causa scriptis fretum, dixisse,
commendatam esse a Dn. de Wrisberg, qui Do-
mino meo satis notus sit; in ea re autem
falsum esse. Itaque ignorare, quemadmodum
hanc rem excusem. Attestata autem tradi-
di, quia seipsa Excell. Dn. de Linz sistere
cupit, neque video, quomodo porro ~~nos~~ huic
rei implicari opus habeamus. R. R. Dn. Fran-
ckio, filio tuo, meo quaeso nomine signi-
fices, τεκμήριον eius in me amoris, episto-
lam à Dn. D. Zieroldo mihi traditam, dulcem
mihi exoptatamque esse. Deus illum ex hoc
languore, quo nunc conflictatur, clementer
restituat conservetque. Sum,

Vir Summe Reverende,

Tempus mihi iam agenti ap. Dn. Fleinzer deesst. Alioquin ad Dn. Franckium simul scripsissem.

Tuus
omni cultu et ob-
sequio
Augustus John.